CONRADUS DE SUSATO. TRACTATUS DE PASSIONIBUS ANIMAE

Entstehungsort unbestimmt, um 1465/1475 Seite 98r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35059
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

q vnu est q talis inclinatus ad prodigalitatem
debet trahi versus illiberalitatem. Et qn dicitur
q illiberalitas si liberalitati magis contraria
dicitur q hoc sit ex parte rei, non tn est hoc ista
ex parte illius, qui est ad prodigalitatem incli-
natus, quia in eo quo ad se prodigalitas
est liberalitati magis contraria, vel pt ci
q in huius di tractu in contrarium illius, ad
qd naturaliter sunt inclinati, locum habet industria
instructionis, iste dictum fuit etiam in solutione
rationis facte contra primum documentum. Quarto arguitur
et est contra 3m documentum. Ipsum est erroneum
i non est bonum nec rectum, antecedens patet, quia si fu-
gienda essent delectabilia, tunc fugienda
esset felicitas et similiter virtutes et operationes
virtutum, quod est in quibus et erroneum. Probatur quia
quia felicitas est delectabilissima ut habetur 1o
huius. Et similiter virtutes et earum operationes sunt 2m
se ipsas delectabiles ibidem i rectitudine. Respondeo quod illud
documentum intelligitur de delectationibus corporalibus
sensualibus, non delectationibus que sunt vel
proveniunt ex felicitate virtutibus et earum operatio-
nibus, non sunt delectationes sensuales, sed intel-
lectuales et spirituales. Quinto arguitur et est
contra 4m documentum. Illud documentum videtur primum
i rectitudine tamen quia et antecedens patet, quia declinare ad
superhabundantiam est malum. Similiter declinare
ad defectum est malum, quia tam superhabundantia
quam defectus mali sunt 2o huius. Et quod in hoc
q iubet peccare est malum i rectitudine. Respondeo nec de
antecedens, ad oppositum dicendum q documentum id non vult q de-
beamus declinare ad extrema vitia vituperabilia,
sed vult q manendo infra metas virtutis, quam
debemus declinare versus unum extremum,
et quam versus aliud, ut ex 1a declinatione
medium in numerum inveniamus, non sistendo in
hiis ad que declinamus, sed ut ex inde medium
ad extrema comparando, ipsum melius cognoscamus,
et in ipso perfecte cognito perseveranter
maneamus, 2m doctrinam apostoli. Omnia pro-
bate quod bonum est tenete, unde quia
attingere unum attingere est valde diffi-

cile. Nam declinare parum a medio, nec est
malum nec vituperabile, sed potius laudabile.
Sicut sagittatio non solum laudatur, qui signum
tangit, sed etiam qui prope attingit. Et obiicit
philosophus 2o huius dicit, q nos quidem quam deficientes
scilicet in irascendo laudamur et mansueti dici-
mur, quam autem gravantes in irascendo excedentes
viriles dicimur et subdit. Sed qui quidem
parum a bene a medio virtutis transgreditur, non
vituperatur neque ad maius neque ad minus
transgrediendo. Sed qui plus multum nobilius
excedit, iste enim non latet, et est in fine 2i.
Aliter potest dici q documentum quartum non vult q
declinemus quam ad unum extremorum, quam ad
aliud per operationem, sed solum per considerationem, scilicet
considerando ipsorum extremorum malitias et de tes-
tando, ut ea melius evitare valeamus,
et ea detestando, medio virtutis firmiter adhe-
reamus. Et per hoc possit etiam solvi ratio sequens
que fit etiam contra quartum documentum. Aut potest ci
q documentum vult q non debeamus declinare
a medio quo ad nos, sed quo ad rationem,
quia hoc esset vituperabile, sed solum debemus declinare
quam ad unum extremorum et quam ad aliud quo
ad rem, quo ad medium rei, non semper manendo
in medio rei, sed servando medium rationis et fir-
mando se in eodem, expedit quam excedere
quam deficere, quo ad rem, ut tandem ex diversi-
moda experientia appetitus firmetur in singulis
actibus mediis et extremis, insequendo iudicium
rationis recte et a talibus operationibus sic quo ad nos sed
quo ad rationem mediis generatur virtus in nobis et firmatur.
Sexto arguitur et est contra quartum documentum. Ex similibus
operationibus similes habitus fiunt, 2o huius i cum declinare
hic inde ad extrema sit vacillare et sine constantia
in aliquo perseverare, videtur q non possit habitus firmus
generari quod non spectat ad virtutem. Respondeo patet ex so-
lutione precedentis rationis. Oppositum est de mente philosophi 2o
huius capitulo finali, ubi 1a quarta documenta tangit ad
attingendum medium virtutis, videtur q questio sit vera,
quia alias posuisset falsa, et in utilia documenta